

ille erat amialis: quod et christum oportu-
 it suscipere duodecim de factis per naturalitatem
 naturam. Ipse enim vere esurit et sitiit
 vere frigus patiebatur et estus. vere do-
 luit et mortuus fuit. **S**ecundum est quod
 alienigena non vescatur ex eo. unde
 dicitur ex o. xij. Hec est religio pharise-
orum. **O**is alienigena non comedit ex eo. per
 hoc innuitur quod illi per similes excommunicationis
 quasi ethnici et publicani sequestrati
 sunt ab ecclesia et a fidelium consorcio non
 duntaxat accedunt ad communionem et participacionem
 nisi sacrosancti corporis ihesu christi. et si acces-
 serint peccant mortaliter. **T**ertium est quod o-
 portuit eos circumcisos esse qui vesce-
 bantur ex eo. unde ex o. xij. Si quis cir-
cumcisus non fuerit non vescetur ex eo. per
 hoc innuitur quod corpus christi sumpturi cir-
 cumcidere cor linguam et manus duntaxat. **C**or
 ab odij et rancoris veneno. lingua a
 puerio et turpiloquio. manus a malis
 operibus et ab immundis tactibus. **Q**uartum
 quod venes arcingebantur. unde ex o. xij.
venes vestros arcingetis. per
 hoc intelligitur quod corpus domini sumpturi
 venes suos in quibus est seminarium luxu-
 rie duntaxat arcingere cingulo castitatis
 Hic autem cingulum consistere debemus ex fu-
 ne quo dominus ligatus fuit ad calcem
 nam. unde iob. xij. Baletheum regum dissol-
uit et percussit fune venes eorum. **P**er
 baletheum intelligitur iactantia corporalis
 fortitudinis que dominus dissoluit et fune
 spiritualis roboris hoc est castitatis
 peragunt venes elorum suorum. **Q**uintum est
 quod calcios in pedibus habebant. unde ex o.
xij. Calciameta habetis in pedibus. per
 hoc innuitur quod corpus domini sumpturi corio
 id est recordacione mortis sue et exem-
 plis sanctorum pedes affectuum suorum. munitur

duntaxat ac vestire et avaricia et inquamem
 ta secularium delectacionum. **S**extum est
 quod baculos in manibus tenebant. sequitur
ex o. xij. Tenebatur baculos in manibus
per quod datur intelligi quod corpus domini ac-
cepturi debent recordari se peregrinos
esse et advenas super terram et quod bacu-
lum sancte crucis oportet eos in manibus opo-
tionum suarum iugiter deportare.
Septimum est quod festinanter comede-
 bant. sequitur ex o. xij. Et comedetis
festinantes. per hoc innuitur quod comen-
 tari debent sumere corpus domini cum festi-
 nancia id est cum ardore sancti desiderii.
Qui enim ardent esurit comedit festi-
 nans. **O**ctavum est quod os ex eo non
 arcingebantur. unde ex o. xij. Os illius
non arcingetis. per hoc innuitur quod ad cor-
 pus domini accessuri sacramentum eukari-
 stie non nimis subtiliter debent perscu-
 tari. sed simpliciter fide oportet eos esse
 contentos. **P**er scrutator enim maiesta-
 tis opprimitur a gloria. **O**s enim con-
 fringit qui vult ad medullam pue-
 nire quod ad plenum hic non potest fe-
 ri. **I**n patria vero videbimus medullam
 eorum fruemur. **N**onum est quod de car-
 nibus eius nichil efferebantur foras.
unde ex o. xij. Nec efferetis de carni-
bus foras. **H**ic evidenter ostenditur
 quod nichil de hostia in ore vel in populo
 efferi debet de ecclesia quod multociens fe-
 cerunt fortissime mulieres a domino con-
 demnande. **D**ecimum est quod carnes
 agni non aqua coctas sed igni assas
 edebant. unde ex o. xij. Et edent car-
nes nocte illa assas igni. per hoc no-
 tatur quod non aqua luxurie fruen-
 tes. sed igne sancti spiritus et caritatis
 ardetes debent accipere corpus domini